

XXII. Hic autem præcipue sermonem esse de exemptionibus Clericorum secularium aut regularium, vel nulli Religioni adscriptorum, aut extra eam viventium, significant quæ eodem capite statuuntur circa subjectionem eorum, qui variis titulis particularibus se exemptos prætendebant, etiam eo prætextu, quod alicui Monasterio, militiae aut Hospitali, aut Collegio addicti essent, "exceptis iis, qui prædictis locis aut militia actu serviunt, & intra eorum septa ac domos resident, subque eorum obedientia vivunt, sive iis qui legitime, & secundum Regulam eademem militiarum professionem fecerint.

XXIII. Exemptio Capitulum præsertim Cathedralium, quæ unum cum Episcopo tamquam Capite Corpus & Senatuum Ecclesiæ constituunt, non parum odiosa visâ fuit, unde & sero fati invaluit.

XXIV. Hinc & Synodus Tridentina Sess. 6. cap. 4. De Reformat. decrevit, quod "Capitula Cathedralium & aliarum majorum Ecclesiarum, illorumque personarum nullis exemptionibus, consuetudinibus, sententiis, juramentis, concordis, tueri se possint, quo minus à suis Episcopis, & aliis majoribus Prelatis, per seipso, vel illis, quibus sibi videbitur, adjunctis, juxta Canonicas sanctiones, toties quoties opus fuerit, visitari, corrigi & emendari, etiam auctoritate Apostolicâ possint & valeant.

XXV. Sed cum Decretum dumtaxat daret auctoritatem Episcopis corrigendi & emendandi in ipsa visitatione, Episcopis satisfactum non fuit, sed rursus in ultimis Sessionibus sub Pio IV. totalem Capitulum, signanter Cathedralium exemptionis abrogationem postularunt, præsertim Episcopi Hispania; quorum Capitula penè omnia plena immunitate gaudebant; scribitque Palavicinus lib. 22. Hist. Trid. cap. 10. num. 3. "Hispania Capitula Tridentum milite Patralium Canonicum Segoviensem, Procuratorem suum, immunitatem ab Episcoporum auctoritate, ab ipsis possessam, defensuram, ad quam abrogandam relictum fuerat, illius Regni Episcopos adspirare.

XXVI. Quo zelo contra Capitulum exemptionem peroraverit Cardinalis Lotharingæ narratur à Palavicino lib. 23. cap. 3. num. 6. dixitque Cardinalis, nullam pestem à se magis noxiam putari, quam hujusmodi immunitatem Collegiorum Clericorum; cum plura membra sine capite monstrum evadant; indicavitque unâ quæ fuerint præcipuæ causæ hujusmodi immunitatum.

XXVII. Cum igitur summa esset Capitulum & Episcoporum super his contentio, tandem compositum & editum fuit Decretum Sess. 25. cap. 6. De Reformat. quo supra citatum Decretum Sess. 6. cap. 4. renovatur & ad Ecclesias Collegiatas generaliter extenditur; ac insuper ut illud Decretum observetur, non solum quando Episcopus visitat, sed & quoties ex officio, vel ad petitionem alicujus, contra aliquem ex contentis in dicto Decreto procedit.

Verum ubi "extra visitationem processerit, vult Synodus, ut infra scripta omnia locum habeant, videlicet, ut Capitulum initio cujuslibet anni eligat ex Capitulo duos de quorum consilio, & assensu Episcopus, vel ejus Vicarius, tam in formando processum, quam in cæteris omnibus actibus usque ad finem causæ inclusive, coram Notario tamen ipsius Episcopi, & in ejus domo, aut consueto tribunali procedere teneatur. Unum autem tantum sit utriusque votum, possitque alter Episcopo accedere. Quod si ambo ab Episcopo discor-

des in aliquo actu, seu interlocutoria, vel definitiva sententia fuerint, tunc intra sex dierum spatium cum Episcopo tertium eligant. Et si in electione tertii etiam discordent, ad viciniorum Episcopum electio devolvatur; & juxta eam partem, cum qua tertius conveniet, articulus in quo erat discordia, terminetur; aliis processibus, & inde secuta nulla sint, nullaque producantur juris effectus. In criminibus tamen ex intentione provenientibus, De qua in Decreto De Concubiniis, & in atrocioribus delictis, depositionem, aut degradationem requirentibus, ubi de fuga timeatur, ne judicium eludatur, & ideo opus sit personali detentione, possit initio solus Episcopus ad summariam informationem, & necessariam detentionem procedere: servato tamen in reliquis ordine præmissis. In omnibus autem casibus ea ratio habeatur, ut juxta qualitatem delicti, ac personarum, delinquentes ipsi in loco decenti custodiantur.

Hujus Decreti clausulas formamque præscriptam explanat Zypæus Consult. 4. De Offic. Ordin.

XXVIII. Synodus in fine sui Decreti adjicit hanc clausulam: "Hæc autem omnia, & singula in iis Ecclesiis locum non habent, in quibus Episcopi, aut eorum Vicarii ex constitutionibus, vel privilegiis, aut consuetudinibus, sive concordiis, seu quocumque alio jure majorem habent potestatem, auctoritatem, ac jurisdictionem, quam præfati Decreto sit comprehensum, quibus Sancta Synodus derogare non intendit.

Ad quam reflectens Zypæus ait: "Illud autem est affirmatum Concilii propositum restituere Episcopis legittimam jurisdictionem, multis ante privilegiis acclam, augere potius promotuenda Ecclesiæ disciplina, quam minuire.

XXIX. Illud quoque propositum fuit Concilii, ut exemptio Canonicorum aut etiam Regularium, non extenderetur ad ea quæ Canonicis aut Regularibus sub alia qualitate competunt, juxta regulam capite præcedenti propositam.

XXX. Hinc tam Regularibus, quam Canonicis exempti si administrationem, aut curam habeant Hospitalium, fundationum piarum, Capellarum, aut confraternitatum, aliarumque domorum aut piorum locorum non exemptorum, rationem reddere tenentur Episcopo, eique subijciuntur in his quæ dictam administrationem spectant Sess. 22. cap. 8. De Reformat. & latius dictum est parte 2. tit. 37. cap. 2.

XXXI. Eodem ex capite nec Capitulum, nec Monasteriorum exemptio extenditur ad ea quæ curam animarum personarum secularium Episcopo subiectarum concernunt, Sess. 21. cap. 8. De Reformat. & Sess. 26. cap. 11. De Regularibus. & laudis ostensum est in Repagulo Canonico, & pluribus locis hujus operis, quibus adde Bullam Gregorii Papæ XV. quæ incipit, Inscrutabili 26. in Bull. R.

XXXII. Similiter exemptiones noluisse Synodum extendi ad leges communes in materia communi ostendit Sess. 25. cap. 12. De Regularibus. declarando, infictas Censuras & dies Færos ab Episcopis indictos, etiam à Regularibus servandos.

XXXIII. Quod verò in ipsa Synodo sæpius injungatur, ut Episcopi procedant tanquam Sedis Apostolicæ Delegati, non arguit in ipsis defectum potestatis ordinariæ; quemadmodum ostenditur in citato Repagulo Regula 10.

Ostenditur quoque in eodem Repagulo, quod Episcopus auctoritate Delegata procedens, queat non tantum de causa cognoscere, sed sententias proferte easque per censuras exequi; eamque delegationem esse favorabilem.

FINIS.

INDEX



I N D E X RERUM ET VERBORUM.

Quorum prima litera P. partem, T. titulum, C. caput, & N. numerum capitis indicat.

A.

ABBAS.



Abbas nomen est generale, quo capita congregationum Monachorum & Canonicorum appellabatur p. 1, t. 31, c. 1. n. 1. Quid proprie significet. Ibid. n. 3. aliquando vocabatur Major. Ibid. n. 6. Item Prælati, item Præful, sed alia ratione quam hodie. Ibid. n. 7. & 8. Item Prior. Ibid. n. 10. Cur recentiora Instituta nomen Abbatis rejecerint. Ibid. n. 12.

Abbatibus olim tantum Monasterio præfati, & soli Episcopo erant subiecti. Ibid. n. 18. sæculo 10. cœperunt Abbates Generales. Ibid. n. 19. Quid Pater Abbas & quæ ejus auctoritas. Ibid. n. 20.

Abbatibus alii perpetui alii Triennales, & quæ differentia inter ipsos. Ibid. n. 16. 17.

Abbatibus habeat curam animarum p. 1, t. 31, c. 3. n. 2. Qualitates in iis requiritur. Ibid. n. 12. 13. Abbatum auctoritas & Regimen est Monarchicum cum ex institutione. Ibid. c. 4. n. 1. Sed ex plerisque constitutionibus Aristocratico temperatum. Ibid. n. 24. Potestas eorum quantum prudentiam & sollicitudinem requirit. Ibid. c. 3. n. 13. 14. In rebus arduis tenentur congregationem audire. V. Capitulum Clausurale.

Abbatibus cura temporalium prima id incumbit. p. 1, t. 31, c. 5. n. 1. & seq. Solum res Monasterii alienare non potest etiam si mensura sua sint annexæ. Ibid. n. 7. Utens rebus Monasterii uti propriis censetur fur & proprietarius. Ibid. n. 6. 7. In eorum Administratione quæ cavenda. Ibid. n. 8. & c.

Abbatibus à quo tempore & quo jure Pontificalibus utantur. p. 1, t. 31, c. 6. n. 1. Quid significet sudarium baculo ejus appenditum. Ibid. n. 7. Ullus Pontificalium merendus ex privilegii renore. Ibid. n. 29. Ad Synodum competentes quibus Mitris utantur. Ibid. n. 28. A quo tempore Tonstrum & minores ordines conferre cœperint. Ibid. n. 19. Non subito eas conferre non possunt quocumque casu. Ibid. n. 21. & p. 2. t. 9. c. 3. n. 5. Ibid. c. 6. n. 9. & c. 9. n. 9. 13.

Abbatibus Benedictio à quo tempore invaluit. n. 15. & c. A quo impertienda. Eius ritus & effectus. Ibid. c. 9. n. 16. 17.

Abbatibus olim non erant Presbyteri, sed modo ad Sacerdotium promovendi tenentur. Ibid. n. 10. n. 1. Requiritur ætas 25. annorum; à quo in Gallia recessum per concordata. Ibid. n. 11. & 12.

Abbatibus Belgii cum suis taxis annotatæ in libro Camerae Apostolicæ. Ibid. c. 9. n. 9. Forent Consistoriales si Romæ peteretur earum provisio. Ibid.

Abbatibus mensa distinctio à conventuali locum dedit commendis, item nominationi Regis, convenit illam abolere. Ibid. c. 7. n. 54.

Vide Capitulum Clausurale, Confirmatio, Electio, Nominatio Regia, Superior Regularis.

ABBAS COMMENDATARIUS.

Abbatibus Commendatarii olim vocati Abbatibus, p. 1, t. 31, c. 7. n. 9. Antithesis inter pristinos & hodiernos Commendatarios. Ibid. n. 38. & c. Eorum potestas & prærogativa. Ibid. n. 44. Commendatarius factus Religiosus non potest sine nova Collocatione Beneficium retinere. Ibid. n. 48. An jurisdictionem habeat in disciplinam Monasticam, in Priores & Officiales Claustrales. Ibid. n. 44. & 46. Quem locum habeant inter Abbates Titulares & alios in dignitate constitutos. Ibid. n. 50. Teneatur vitam aliquatenus Regulari conformare. Ibid. n. 51.

Vide Commenda.

ABBATISSA.

Abbatissa nomen Præfatae Monialium p. 1, t. 31, c. 1. n. 13. Recentiora Instituta quare nomen illud rejecerint. Ibid. n. 14. Solemniter benedicuntur. Ibid. c. 9. n. 20. Habent Regimen in Van Espen Jur. Eccles. Index.

spiritualibus & temporalibus. Ibid. n. 21. Quæ ætas in iis requiritur. Ibid. c. 10. n. 14. 15. Abbatissas etiam habent Collegia Canonissarum, earum obligatio. p. 1, t. 33, c. 2. n. 1, & 26. Et præeminencia. Ibid. n. 22. & c. ABBREVIATORES ET ABBREVIATURA. Abbreviatura quæ formâ expeditur. p. 1, t. 23, c. 1. num. 11. Quid sint & unde dicantur? Ibid. Quomodo ex ea fiat Bullæ. Ibid. n. 14. & seqq.

ABSENTIA.

Abfentes studiorum causâ gaudent fructibus in absentia. p. 1, t. 7, c. 10, n. 5. An hodie requiratur consensus Episcopi Ibid. n. 6. Tenentur incumbere studio Theologiæ vel Canonum. Ibid. n. 7. Item tenentur transmittere testimoniales studii, & quid hæc continere debeant. Ibid. n. 8. Non temerè hæc concedendæ. Ibid. n. 9. Clericus si ad vora secularia transeat condemnari potest ad restitutionem fructuum quas absens causâ studiorum percepit. Ibid. n. 8. Ad quæ beneficia hæc privilegia restringantur. Ibid. Clerici in Academiis vestantes tenentur observare statuta de vita & honestate Clericorum. p. 1, tit. 7. c. 10. n. 11. Familiares & domestici Regis gaudent fructibus in absentia. Ibid. n. 12. Sub iis comprehenduntur Consilarii Ecclesiastici in Parliamentis aliisque Senatibus Regiis. Ibid. n. 13. Tantum hæc se extendunt ad grossos fructus. Ibid. n. 12. & 15. Theologus gaudet fructibus in absentia, & iis horis, quibus docet, & distributiones in absentia lucratur. Ibid. n. 7. & c. & c. 11. n. 5. Vide Residencia.

ABSOLUTIO.

Absolutio pluribus sæculis facta à Sacerdote alieno sine licentia proprii habita fuit ut nulla & invalida. p. 2, t. 6, c. 5, n. 8. A variis criminibus nec in fine vitæ concessa. Absolutionem à censuris quis impetiri possit. p. 3, t. 11, c. 11, n. 1. & seqq. Quid operetur absolutio à Censuris quæ in Bullis Pontificiis continetur. Ibid. n. 15. Item ea quæ à Confessorio præmittitur absolutioni Sacramentali. Ibid. n. 14. Absolutio ad cautelam sive cum reincidentia multis sæculis ignota fuit. Ibid. n. 17. Absolutio à censuris reservatis Pontifici Romæ impetranda, & quæ formâ ibidem expeditur. Ibid. n. 75. Absolutio non obstante variis denegatur (sepultura Ecclesiastica. p. 2, t. 38, c. 6, n. 23. Absolutio Rei cognita à ejus innocentia nullo prætextu differenda. p. 3, t. 8, c. 2, n. 12. Edicta Belgica redarguant errorem eorum, qui putant absolutiones Reorum officere honori Justitiarum. Ibid. n. 12.

ACADEMIA.

Academiarum institutio. p. 2, tit. 11, c. 4. n. 2, & c. Spectat ad supremam Potestatem. Ibid. n. 2. Unde vocatae Universitates. Ibid. n. 4. Quodnam censendum Jus Patronatus ipsi competens an Ecclesiasticum an Laicum. p. 2, t. 25, c. 2, n. 28. Privilegium concessum studentibus in Academiis de perceptione fructuum in absentia, & ejus scopus. p. 1, t. 7, c. 10, n. 3. & c. Quænam studiosi observare debeant ut hoc privilegio frui possint. Ibid. n. 6.

Vide Collegia, Academia & Exemptio.

ACADEMIA LOVANIENSIS.

Academia Lovan. privilegium ut Clericis liceat studere Legibus & Medicinæ. 11. Collegia & fundationes quibus abundat. p. 2, t. 11, c. 11, n. 8. Disciplina eorum. Ibid. n. 10. Privilegium de non promovendo ad Ordines sacros, ejus usus & restrictio. p. 2, t. 19, c. 3, n. 25. Privilegium concessum Facultati Medicinæ levandi corpora morte punitorum ad exercitium Anatomia.

Academia Lovan. sola in Belgio retinuit Conservatorem reliquis omnibus Conservatoribus Decetero Principis exauthoratis. p. 3, t. 12, c. 6, n. 18. Eius Rector & Conservator Privilegiorum quousque cognoscere possint de actionibus realibus. p. 3, t. 3, c. 4, n. 17. Quod jus ei competat in testamentis suorum Superiorum.

Index Rerum & Verborum.

postororum, p. 3. t. 2. c. 2. n. 30. Officium Syndici ejus, p. 3. t. 6. c. 3. n. 32. Item Advocati Fiscalis, p. 3. t. 6. c. 5. n. 7. Item Promotoris ib. n. 8. & seq. Tribunal habet quinque Judicum Appellationum, p. 3. t. 9. c. 2. n. 19. Hujus Tribunalis descriptio, ib. n. 19. & p. 3. t. 10. c. 3. n. 39, & p. 3. t. 10. c. 5. n. 19.

ACCEPTIO PERSONARUM.

Acceptio personarum quid, & quandonam committitur, p. 2. t. 30. c. 10. n. 1. & 3. Committitur in distributione beneficiorum præcipue attendendo pauperum providendi vel ejus Parentum, ibid. n. 13. Merito taxantur mandata in forma pauperum, ibid. n. 17. Committitur præferendo consanguineos, & an semper, & quæ in simili collatione attendenda & cavenda, ibid. n. 14. 15. & c.

Acceptio personarum vitium ut evadatur, conferenda sunt beneficia dignioribus, p. 1. t. 13. c. 5. n. 3. & c. & p. 2. t. 31. c. 2. n. 2. Idem procedit in Patronis, Relinquantibus & Permutantibus, ibid. n. 4. 5. Jura electionem & præsentationem minus digni habent validam, licet peccetur contra iustitiam distributivam, & quare, ib. n. 8. Unde pro tempore & circumstantiis major vel minor dignitas personæ desumenda, ibid. c. 3. n. 5.

Acceptio personarum non committitur prætereundo dignissimum ut minus dignus excludatur, ib. n. 7. Aliquando dignissimus, etiam irritò conatu eligendus, ibid. n. 8. Vitium acceptio personarum non evaditur, quia præfertur dignior inter sollicitantes, ibid. n. 11.

Acceptio personarum quam grave sit peccatum in Beneficiis, præferunt curatis, & ante omnia in Episcopatu, p. 1. t. 13. c. 5. n. 3. 5. & c. & p. 2. t. 32. c. 4. n. 2. 4. 6. & c. Ecclesiæ tenentur ad restitutionem, & quomodo hæc faciendæ, ib. n. 11. Quid Patronis & Collatoribus agendum, ut adversus tentationes se muniant, ib. n. 13. 14.

ACCUSATIO.

Accusatio quid sit, qua forma legibus Romanis fieret, & quomodo hæc forma olim in Curias Ecclesiasticas irrepserit, p. 3. t. 8. c. 1. num. 4. & c. Accusans tenebatur se inscribere idque in Brabantia aliquando usitatum, ibid. n. 7. & c. Hujus inscriptionis forma, effectus & scopus, ibid. n. 9. Hodie à foro recessit, ib. n. 13. Admittitur tamen denunciatio, ib. n. 32.

Vide Denuntiatio.

Accusatio hodie reservatur Officiariis publicis, illisque remissa est necessitas inscriptionis, & quare, ibid. Aliquando tamen ob accusationem male institutam extraordinaria poena puniuntur, ib. num. 14. Etiam si causæ cadant, regulariter in expensis non condemnantur, ibid. n. 15. Quandonam in eas possunt condemnari, ibid.

ACTA.

Acta judicialia conscribi & registrari debent per Graphiarium Curie, p. 3. t. 6. c. 4. n. 7. Originalia remanere debent in Registris Curie, & Partibus requiritibus tantum conceduntur Copiæ, ibid. num. 10. Actis datur plena fides & qua forma ad hunc effectum debeant esse expedita, ibid. n. 11. Prohibentur superfluae eorum extensiones & sniltæ vel illegibiles expeditiones, & qua poena, ib. n. 21. Motiva Juris inter acta litis non comprehenduntur, ibid. Acta prioris instantiæ per Appellationem ad Judicem appellationis deferri debent, p. 3. t. 10. c. 2. n. 47. Poena Graphiarum vel Judicis copiam eorum denegantis, ib. n. 52.

ACTIO.

Vide Causa.

ADULTERIUM.

Adulterium matrimonium perpetuo olim interdictum, p. 2. t. 13. c. 2. n. 1. Impedimentum criminis ex adulterio, ejus antiquitas, & quandonam oriatur, ibid. c. 7. n. 3. & seq. Adulterium tres species, & gravitas, p. 3. t. 4. c. 4. n. 1. Atrocissimis poenis olim coercitum, ib. n. 5. & c. Etiam si Leges olim mitius egerint cum viris, inde non sequitur adulteria eorum non esse tam gravia quam Adulteria foeminarum, ib. n. 7. Adulterium Poenæ Canonicae, ib. num. 7. 8. cum seq. Querimoniam quod hoc peccatum nimis leviter castigetur & quoniam hodie ordinaria ejus poena, ib. n. 16. & c. In Gallia sæpe Adulteræ poenæ juris in Constitutione Justiniani expressæ, ibid. n. 18. Item ob certas circumstantias poenæ mortis, ibid. num. 21. Non convenit ut Adulteræ retrudantur in Monasteria Virginitatis, & quare? ibid. n. 20. Sæpe marito ob adulteria uxorum puniendi, ibid. n. 23. An Judex convenire marito ex officio possit procedere adversus adulterum & adulteram, ib. n. 27. Cujus fori crimen sit Adulterium in Gallia & Belgio, ib. n. 10. 11. 12. 14.

Vide Divortium.

ADVOCATIA, ADVOCATUS.

Advocatus Ecclesiarum à quo tempore exorti, & ex quibus olim assumpti, p. 2. t. 25. c. 1. n. 1. 3. 19. Vocati Defensores, Vicedomini, Custodes, & c. ib. n. 14. A quo constituti, & in quem

finem, ib. n. 16. & seq. Eorum officium item jura & emolumenta, ibid. n. 26. Advocatus quandoque in feudum concedebant & Subadvocatum constituebant, ibid. n. 28.

Advocatum extorsiones & excessus qui eos Ecclesiis & Monasteriis reddiderunt exosos, ibid. n. 27. & 31. Privilegia concessa Monasteriis quod nullum haberent Advocatum, nisi quem, & quamdiu voluerint, ib. n. 31.

Advocatus Duci Brabantie competens omnium Ecclesiarum Brabantie ex concessione Imperatoris, ib. n. 34. Concordatum inter Prælatos & Ducem Brabantie super Juribus Advocatiæ, ibid. n. 35. Advocatus exercebat Dux per suum Præfectum Salutum, & unde id ortum, ib. n. 36.

ADVOCATUS.

Advocatus quomodo & quando in Curias Ecclesiasticas recepti, p. 3. t. 6. c. 2. n. 1. Quas qualitates habere debeant, ib. n. 6. & 11. & c. Apud Romanos Advocati debebant habere testimonium suæ scientiæ à Professoribus Juris, ibid. num. 12. Id hodie supplet Gradus Academici, ib. num. 13. Periculis, quæ Reipublicæ inferunt ex nimis facili admissione ad Gradus, ibid. n. 16. Merito hodie post studium Juris notabile tempus impenditur praxi discendæ, ibid. n. 19. Multitudo Advocatorum varia secum adfert incommoda, ib. n. 23.

Advocatus avaritia & aviditas lucri, præsertim hodie, est periculosissima, & quare, ibid. num. 23. & 27. Vi sui iuramenti, non possunt causam injustam suscipere, ibid. n. 28. Id etiam procedit etiam si provideant quod alios patronos reperiet, & quod gravia incommoda inde sibi immincant, ibid. Ubi causam in decursu litis injustam esse intellexerit, vi iuramenti tenetur ejus patrocinium deferere, ib. n. 30. Nec potest eorum casu Adversarium pellicere, ibid. n. 31. Idque etiam si infamia aut alia incommoda ipsi imminerent, ibid. n. 32.

Advocatus in decursu causæ cavere debet involucta verborum, inutilis scribillationes, allegationes & disputationes superfluas, convitiæ & c. ib. num. 35. & seq. Poenæ adversus Advocatos in hisce materiis excedentes, ib. n. 41. & p. 3. t. 9. c. 3. num. 25. Incommoda quæ oriuntur ex hodierna taxatione salarii Advocatorum pro numero pagellarum & linearum, p. 3. t. 6. c. 2. n. 47. Non convenit ut Advocatus assumat patrocinium aliquis causæ, dum consultus fuit à parte adversa, p. 3. t. 6. c. 2. num. 43.

Advocatus tenetur patrocinium pauperum gratis suscipere nec possunt illos divitiis postponere, p. 3. t. 6. c. 2. n. 49. Cura quam adhibebat S. Carolus, ut ex Ecclesiasticis haberentur Advocati Pauperum, p. 3. t. 2. c. 3. n. 25. & p. 3. t. 6. c. 2. n. 56. Cur officium Advocati Clericis inhibetur, ib. num. 53. In tribus tamen causis eis permittitur cum moderatione, ibid. n. 54. Non videtur per hos Canones eis inhiberi potestatem in Curias Ecclesiasticas, ibid. n. 55.

Advocatus postulans contra Reum in causa sanguinis sit irregularis, 407.

Advocatus hodie non solent conveniri ob imperitiam aut improbitatem in dirigendis causis, p. 3. t. 6. c. 2. n. 22. Si peccet in materia sui officii à Judice causæ, in qua postulat, puniunt, p. 3. t. 4. c. 5. n. 28. 30. & c. An & quando error Advocati nocet Clienti, p. 3. t. 6. c. 2. n. 50.

ADVOCATUS FISCALIS.

Advocatus Fiscalis quodnam apud Romanos officium & præeminentia, p. 3. t. 6. c. 5. n. 1. Quandonam in Curias Ecclesiasticas inducti, ib. n. 4. Eorum officium, ib. n. 7. & 9. cum seq. Officium Advocati Fiscalis Universtitatis Lovaniensis, ib. 7.

EDITUI.

Editui Jure communi & moribus hodiernis ex quibus eligendi, p. 1. t. 5. c. 1. n. 1. Eorum electio pender à consuetudine, iustum tamen esset ut Parochus interveniat, ibid. n. 3. 4. Potest tamen subinde excludi & quid tum illi incumbat, ib. 5. 6.

Edituorum Juramentum & à quo recipi debeat, ibid. num. 7. 8. Res sibi commissas ut proprias administrare debeat, ib. c. 2. n. 1. Nihil alienare possunt sine Superiorum consensu, ibid. n. 2. Uti nec suscipere lites, ib. n. 6. Regule generales in tota hæc materia observandæ, ib. c. 6. n. 1. Editui audiendi in reductionibus Missarum & fundationum, p. 2. t. 5. c. 7. n. 28. 29. Quale censendum Jus Patronatus competens Edituisan Ecclesiasticum an Laicum, p. 2. t. 25. c. 2. n. 17. & 22. Quam jurisdictionem moribus Belgii Episcopi habeant in Edituos Laicos ratione sui officii, p. 3. t. 1. c. 4. n. 2. & seq.

EGYPTIACI.

Egyptiaci quandonam in Europam advenerint, p. 3. t. 4. c. 3. n. 48. Specialia adversus eos Edicta in Belgio, ibid.

AFFINITAS.

Affinitas quid & quomodo sit, & quomodo contrahatur, p. 2. t. 13. c. 5. n. 23. Affinitas computatur & dirimitur Matrimonium eodem modo quo consanguinitas, ibid. num. 25. Affinitas

et

Index Rerum & Verborum.

ex conjunctione illicita non dirimit ultra secundum gradum, ibid. n. 27. Si affinitas pro consanguinitate sit expressa, litteræ dispensationis erunt invalidæ.

ALEA.

ALIENATIO.

Alienatio rerum Ecclesiæ olim non videtur Episcopis & Prælati fuisse vetita, p. 2. t. 36. c. 3. n. 1. Canones posteriores eam vetantes, & eorum ratio, ib. n. 2. & c. Juramentum Episcoporum de non alienandis bonis suæ mensæ, ib. n. 20. & c. Juramentum Parochorum, ib. Quoniam hic veniant nomine alienationis, ibid. n. 28. Quoniam res alienari prohibeantur, p. 1. t. 31. c. 5. n. 7. & p. 2. t. 36. c. 3. n. 28. An sub iis comprehendantur arbores grandiores nate in fundis Ecclesiæ, ib. n. 29.

Alienationis causa triplex probata à Canonistis, ib. c. 4. n. 1. Solemnitas olim requisita ad alienationem, ibid. Quoniam hodie requiritur, quinam consentire, quinam intervenire debeat; item qua forma omnia expediantur, p. 1. t. 5. c. 2. n. 2. & seq. p. 2. t. 25. c. 6. n. 17. & p. 2. t. 36. c. 4. n. 19. 20.

Alienatio quibus de causis possit rescindi, ib. n. 40. & c. Lapsus temporis notabilis inducit presumptionem omnia solemniter esse facta, ibid. n. 46. Si Ecclesia in alienatione notabiliter sit læsa, datur restitutio; etiam si omnes solemnitates intervenerint, ibid. n. 48.

ALIMENTA.

Alimentorum cause in Gallia nequidem incidenter spectant ad Tribunal Ecclesiasticum in causis eorum eo pendentibus, p. 2. t. 12. c. 2. n. 8. & p. 3. t. 2. c. 1. n. 27. 28. A quo tempore hæc causæ eidem substractæ, ibid. Quid obineat in Belgio, p. 2. t. 1. c. 2. n. 10. & p. 3. t. 2. c. 1. n. 29.

Alimenta Fundatori reddita ad inopiam debentur ex bonis Ecclesiæ, & qua moderatione, p. 2. t. 25. c. 6. n. 1. & seq.

Alimentum causa summariè tractanda, p. 2. t. 34. c. 5. n. 1. Non habet in ealocum compensatio, ib. c. 5. n. 16. An & quomodo translatio tolli possit, ibid. n. 9. procedendum est per adjudicationem provisionis, ib. n. 3. & p. 3. t. 9. c. 1. n. 16. Ab hac provisione non datur appellatio, p. 3. t. 10. c. 3. num. 32. Potest peti in omni parte litis & in omni instantia, p. 3. t. 9. c. 1. n. 17. & 18. Quid probare debeat filius ut hanc provisionem ad onus Patris obtineat, ibid. n. 19.

Alimenta adjudicanda Monacho litiganti ex causa permessa adversus suum Abbatem, ibid. n. 21.

ALTARE.

Altare portatile ante sæculum 12. ignotum, p. 2. t. 5. c. 8. n. 10. Privilegium de iis utendis concessum Fratris Prædicatoribus & Minoribus per Honorium III. ibid. n. 12. Revocatum per Concilium Trid. ibid. n. 11.

Altarium redemptio quid olim fuerit, p. 2. t. 33. c. 5. n. 23. 24. Pluribus improbat, ib. n. 24.

ALTERNATIVA.

Alternativa in Collationibus & Electionibus inter Episcopum & Capitulum unde orta, p. 2. t. 21. c. 1. n. 13. Si Capitulum vice sua collationem negligat, devolutio fit, non ad Episcopum, sed ad Metropolitanum, ib. c. 5. n. 11. Si alternativa vigeat inter Patronum Laicum & Ecclesiasticum, pro vice Ecclesiasticum censetur Ecclesiasticum, p. 2. t. 25. c. 2. n. 19. & c. Alternativa inter Papam & Episcopum in favorem residentiæ est introducta, p. 2. t. 23. c. 6. n. 1. Regula Cancellariæ de Alternativa refertur, ib. n. 2. Soli Episcopi ejus prerogativa gaudent, ib. n. 4. Qualis residentiæ requiritur ut Episcopus Alternativa gaudere possit, ibid. n. 7.

Alternativa est personalis & debet à quolibet novo Episcopo acceptari, ibid. n. 14. dum semel acceptata est, Episcopus non potest pro libitu ab ea recedere, ibid. n. 15. Quid si acceptata Alternativa non resideat, an eundem possit conferre per quatuor menses ordinarios, ibid. n. 16. Formula acceptationis alternativæ, ibid. n. 18. Quoniam Beneficia vigore Alternativæ liberè conferantur, ib. n. 22.

AMBITUS.

Ambitus & officiorum venalitas quanta mala in Republicam inducat, p. 3. t. 9. c. 2. n. 33. Juramentum quod leges imponunt Candidatis ad Ambitum excludendum, ibid. n. 25. 34. Juramentum quod in eundem finem ab omnibus assumendis exigitur in Brabantia, ibid. n. 26. 36. Edicta Regia ibidem sumuntur, p. 2. t. 25. c. 2. n. 17. Quinam illud sine perjurio præstare non possunt, ibid. num. 39. Juramentum quod in eundem finem Principi præstat Magistratus Lovaniensis circa Collationes officiorum ad se spectantes, ib. n. 36. Resolutio trium facultatum Academice Lovaniensis super præstatione horum Juramentorum, ib. n. 52.

AMORTIZATIO.

Amortizatio quid proprie sit, p. 1. t. 29. c. 3. n. 25. A quo tempore, & qua occasione in Belgio introducta prohibitio acquiritur, Van Espon Jur. Eccles. Index.

rendi bona immobilia per Manus mortuas, ib. n. 16. & c. 27. Abbates Brabantie illi se opposuerunt sed sine successu, ibid. n. 19. Quoniam dicantur Manus mortuæ, ib. 25.

Amortizatio quis concedere, & quinam consentire debeant, ib. n. 26. Sæpe adjiciuntur conditiones quibus præjudicium Privatorum avertitur, ib. n. 29.

Amortizatio an requiratur dum quis Pauperes certæ urbis vel Parochiæ instituit hæredes, ib. n. 24. An requiratur ut quis possit fundare Bursas in Collegio aliquo Academico aut Seminario, ibid.

Amortizatio non requiritur ad hoc, ut Decimæ infeudatæ revertantur ad Ecclesiam, p. 2. t. 33. c. 4. n. 44.

Amortizata bona in Brabantia, eaque sola gaudent immunitate Ecclesiastica, & hujus ratio, p. 1. t. 29. c. 3. num. 27. Eadem gaudent eorum Colonis, p. 2. t. 35. c. 2. n. 17. Quoniam bona ibidem censentur Amortizata, p. 1. t. 29. c. 3. n. 25. & p. 2. t. 34. c. 1. & p. 3. t. 2. c. 3. num. 2. Ea sola subsunt cognitioni Judicis Ecclesiastici adversus Laicos, ib. c. 3. n. 2. 3. Quid si controuertatur an bona, de quibus questio, verè sint amortizata, ibid. n. 4. 6. & c. Quid de servitutibus, prædiis impolitis, ibid. n. 8.

ANCILLA.

Ancilla disciplina hodierna Belgii circa Ancillas Clericorum, p. 1. t. 2. c. 3. n. 3. Ad solam monitionem Episcopi, Pastores eas dimittere debent, ibid. n. 6.

ANGARIA.

Angaria quid sit, item parangaria, p. 2. t. 34. c. 2. n. 11. Clerici ab iis immunes, ib. & c. 30. Barbaro vocabulo dicuntur Cortuvæ, p. 2. t. 25. c. 1. n. 35. Abbates Brabantie debent Duci pro juribus Advocatiæ certam quantitatem Angariarum, ibid. n. 36.

ANNATÆ.

Annatarum origo & unde sic vocatæ, p. 2. t. 24. n. 13. & c. Nomen Annatæ varias species continet, ibid. Vocantur communis servitium item minuta servitia, ibid. num. 15. Ob taxationem Annatarum inducta est Regula Cancellariæ de exprimendo verò valore, ibid. 10. 12. Quomodo taxentur Beneficia in ordine ad Annatas, ibid. n. 9. Ad quorum utilitatem Annatæ cedant, p. 1. t. 23. c. 1. n. 15. & p. 2. t. 24. c. 4. n. 21. Formula quod proventus annui non excedat, 24. Ducatus, nihil aliud importat quam Beneficium solutioni Annatarum non esse subiectum, & unde hoc introductum, ibid. n. 20. & c. Id locum non habet in faciendâ unione Beneficiorum, & quare.

ANNIVERSARIUM.

Anniversaria à quo tempore nota, p. 2. t. 5. c. 7. n. 2. Quo ritum olim celebrata, ibid. n. 4. 5. In anniversariis Monachis & Canonice presentibus dabatur refectio, ib. n. 6. & seq. Ex ea in pecuniis conversa distributiones ortæ, ibid. n. 7. Anniversariorum distributiones debeantur Theologo absentis iis horis quibus prælegit, p. 1. t. 7. c. 11. num. 5. Non convenit Pastores eorum fundaciones suadent, p. 2. t. 5. c. 7. n. 31.

ANNIVERSARIUM DEDICATIONIS.

Vide Dedicatio.

ANNULUS.

Annulus tamquam ornamentum Episcopalis meminit ordo Romanus, item Synodus Toletana IV. p. 1. t. 15. c. 3. n. 16. Sæpius in Gallia & Germania notum fuisse satis plausible est, ibid. Episcopi Græci Anuli usum ignorant, ibid. Annulus nuptialis benedictio & traditio, p. 2. t. 12. c. 6. num. 8. Ejus origo & antiquitas, ibid. n. 9. Quid mysticè significet, ib. n. 10.

Annulus Piscatoris quid sit, à quo tempore Pontifices eo utantur, p. 1. t. 24. c. 4. n. 5. & 12. Cautio quæ adhibetur contra falsitatem, ibid. n. 13.

ANNUS GRATIÆ.

Annus Gratiæ quis dicatur, p. 2. t. 33. c. 8. n. 29. Cur in variis Capitulis usitatus, ibid. Pluribus rationibus improbat, ibid. n. 30. Laudantur Canonici S. Petri Lovanii, qui illum generosè abrogarunt, ibid. n. 32. Similiter Ruzemundenses, ibid.

APOSTATA.

Apostata habetur & puniuntur uti talis Regularis recedens à suo Conventu sine licentia Superioris in scripto, p. 1. t. 27. c. 4. n. 12. & c. Decretum Caroli V. circa Apostatas & eorum receptatores, ib. c. 6. n. 18.

APOSTOLI.

Apostoli de iure intra certum terminum peti debeat, & unde sic dicti, p. 3. t. 10. c. 2. n. 14. 22. & c. Triplex eorum species, ibid. n. 23. Qui intra tempus non peti Apostolos, censetur appellationi renuntiare, ibid. n. 24. Quomodo hodie peti debeant, ib. n. 25. Judex à quo non facile recusare potest Apostolos reverentiales, ibid. n. 27. In Curias secularibus eorum usus desinit, ibid. n. 29. In Curias Ecclesiasticas Galliarum non sunt necessarii, ibid.

APPARITOR.

Apparitorum officium in Curias Ecclesiasticas, p. 3. t. 6. c. 5. n. 28.